

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Duodecima causa, quia sœpe bona sunt, & ob bonum ac necessarium finem facta, quæ à quibusdam improbantur temere. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

CAPUT VNDECIMVM.

*Decima causa vitandorum iudiciorum et
meritorum est*

111.

Qvia in Christum redundat initia, quam patiuntur temere condemnati. In prato Spirit. cap. 65. scribitur de venerando sene B. Stephano Presbytero: *Quod cum aliquando iver illus grauiter infirmaretur, ex qua infirmitate sancta illa anima migravit a corpore, & egerant illum medici carnem manducare. Erat autem illi frater secularis quidem sed valde religiosus, & secundum Deum vivens factum est autem, cum carnis comedere. Presbyter superuenit frater eius secularis, vidensque illum recidivente carnis, scandalizatus est, & valde contristatus, quod ex tanta abstinentia atque continentia (erat enim Monachus) in extremo vita sua tempore, ad comedendum carnes deuolutus esset. Mox ergo in extasi factus, vidit quandam dicentem sibi, quare sic de Presbytero scandalizatus es quia illum vesci carnis vidisti: Nesci, quia necessitate compulsi, & proprie obedienciam id fecisti, nempe properea scandalizari non debuisti. Nam si merita & gloriam fratris tui vivere cupis, retro conuertere, & vide. Conuersusque vidit fratrem suum crucifixum cum Domino. sitque ad eum is qui illi apparuerat: Ecce in qua gloria frater tuus est. Cum putamus tali visu offendam innocentiam Stephani temere condemnati innocentiam: nisi ut Christus ostenderet, se quodammodo crucifixum, & in cruce pendentem torqueret, dum eius famili iniquè iudicantur.*

112.

S. Catharina Senensis accito. ad se Confessario suo Raymundo (vti ipse postea scripsit in eius vita) cum ei quædam illo die sibi a Domino reuelata exponeret, & grandis quadam & inuisita aliis referret, Raymundusque de quibusdam cogitaret apud se. Putans vera esse omnia quæ dicitur: simulque intendisset in faciem loquentis subito vidit faciem eius, in virtu barbati faciem transformatam, qui fixis oculis in illum respiciens, valde illum terrefecit. Erat autem facies oblonga, aetatis media, barba non prolixa, colore triticeo, maiestatem quamdam praeserens, unde manifeste se Dominum ostenderet. O quis est qui, me respicit? Respondit virgo: Ille, qui est, his dictis mox facies illa disparuit, & facies Virginis rediit. Quod ipse Raymundus cum scripisset sibi cotigisse scribit: se coram Deo securè loqui, quia ipse Deus & Pater Domini Nostri Iesu Christi sit, quia non mentior.

113.

Sic cum Maria Gabriella monialis dubitaret de extraibis Catharinæ Ricciæ Dominicanæ, aspicerebat eam in extasi raptam, vidit faciem Catharinae mutatam in faciem Christi, & tunc Catharina apprehenso capite Gabriellæ & lateri suo applicato, dixit existens adhuc in extasi: *Credis tu me esse, Catharinam vel Iesum?*

idque ter interrogauit: cui Gabriella respondit: *Iesum te esse credo.* Et sic dubitatio illa evanuit. Interrogata deinde Catharina, unde profecta esset hæc in vultu eius mutatio? respondit: *Non sum vos eum qui habitat in Domino, Dominum quoque habitare in eo?*

CAPUT DVODECIMVM.

Vnde causa esse potest

Qvia Deus miraculis ostendit ne temere iudicemus. S. Ephrem, vt scribit Amphiroch, in vita S. Basilij t. 1. Surj. p. 15. 1. Ianuarii, cum Deo reuelante in eremo videlicet columnam ignis, vertice attingentem cælum, & vocem supernè allatam audiuisset: Ephrem, Ephrem, columna ignis quam vidisti magnus Basilij est, comvenisset ad magnam Ecclesiam Cæsarea die Theophanæ, conspecto Basilio in Ecclesiam procedente induito stola candida. Clerique amicto candidis vestibus, desperatabilis visus sibi ostensæ veritatem. Ita secum dicens: Nos qui portauimus pondus diei & noctis, nihil consecuti sumus; & hic tantis stipatis turbis, tantoque prædictis dignitate, ignis columna estrid mihi quidem prodigiosum videtur. Eo talia cogitante, mittit Basilio fæmel ac iterum, qui Ephrem in angulo latitante ad se vocet, nominando eum, & cum occultas ei postea aperiuisset eius cogitationes, & ante hoc videlicet linguam igneam loquenter per os Basili, agnouit suum errorem.

CAPUT DECIMVM TERTIVM.

Duodecima causa est

Qvia sæpe bona sunt vel ob necessarium finem fiunt, quævidentur in expertis mala. S. Philippus Netus teste Gallonio in eius vita lib. 1. anno 1551. solebat ante Sacrum, etiam tunc, dum se vestiebat sacris vestibus, distractius vacare operibus, vt diuinos raptus, quos patiebatur, hac sui piâ distractione temperaret: quod tamen eius devotionis ignarus, virtus attribuebat potuisse.

CAPUT DECIMVM QVARTVM.

Nunc videndum est quando, & cui licet iudicare, vel non iudicare proximum.

Prima Regula. Res animi internas, à libero arbitrio hominis pendentes, nulli vnguæ keet iudicare; quia haec soli Deo note sunt; etiâ Angelis ignotæ, nisi illas Deus reueleret. Tales sunt in-